Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In commemoratione beatissime virginis
marie: et omnium sanctorum tuorum quorum hodie
festivitas celebratur et quorum nomina vel
reliquie hic continentur michi autem indigno
famulo tuo: et omni populo christiano In
remissionem peccatorum et animabus omnium fidelium
defunctorum in requiem sempiternam: ut illi
omnes sancti intercedere dignentur pro nobis
in celis quorum hic memoriam agimus
in terris Per xpm + dominum nostrum Et
faciat crucem in medio altaris et
osculetur. deinde vertat se ad po
pulum dicendo submissa voce
Orate pro me fratres et sorores deum patrem
omnipotentem ut meum et vestrum sacrificium
dignum et acceptabile fiat in conspectu eius
Deinde legat sub silentio tot secretas
quot prius habuit collectas sub eodem
ordine quibus finitis expressa voce
dicat Per omnia secula seculorum. Dominus
vobiscum. Sursum corda Gratias agamus etc
usque ad finem finitis illis vadat ad
dextram partem altaris Interea dicendo
ad lotionem manuum Sanctus sanctus
Sanctus dominus deus sabaoth Pleni sunt